

V c
2461



h. 27, 7



V c

2461

Lugubrium decas Epigrammatum,
AD EXEQVIAS ILLUSTRES
ILLUSTRISS. CEL-
SISSIMIQUE PRINCIPIS
AC DOMINI, DOMINI

AUGUSTI,
DUCIS SAX. JUL. CLIV. ET MONT.
Landgravij Thuringiæ, Marchionis Misniæ,
Comitis Marchæ & Ravensburgi, Domini
in Ravenstein, &c.

DOMINI NOSTRI CLEMENTISS.

*Feria 2. Nativ. Dom. h. 6. vesp. an. 1615. Dresda
beatissimè diem suum obeuntis,*

*Et 6. Febr. an. 1616. Freibergæ in avito
Mausoleo repositi.*

PRÆLUDIUM AD FREIBERGAM.

DE terrâ argentum Freiberga metallica promiss,
Cui Dresda inprimitur postmodo imago Ducum,
Nunc tibi Dresda Ducem promitt, sed funere functum,
Ut reliquis Ducibus crypta tua addat eum.
Tu, veluti reliquos, molli gremio excipe: vivos
Sic promes, quando lux ruet illa, Duces.

FREIBERGÆ

Hermundurorum, Typis Georgij Hoffmanni, 1616.

aut. Andr. Quellmuth.

EPIGRAMMATA.
I. AD ILLUSTRIS. PRIN-
CIPEM DEFUNCTUM.

Nomen ab AUGENDO AUGUSTOS duxisse
vetustos,
Forsan vix quisquam est, qui dubitare queat.
Hinc sperabamus, seriem TE STEMMAE esse,
AUCTURUM, AUGUSTUS sicut ADAUXIT
AVUS.

At cecidit, cecidit, proh! spes hæc nostra, cadente
TE DUCE! Quidnam ergo? NOME NINANE fuit?
Non ita: Quin imò nunc AUGUSTA agmina cæli
AUGENS, AUGUSTUS verus es ante DEUM,
AUGUSTUMq; amplexus AVUM, nova gaudia car-
Gratari AUGUSTA hæc gaudia jure decet. (pis.
Gratamur: Saltem reliquâ cum STIRPE tenellus
AUGUSTUS Patriæ duret in orbe diu.

2. AD EUNDEM.

Nostrati in tumulum demisso funere, terram
Aspergit vulgi pulverulenta manus.
Nescio, quid fingant. Nî fallor; mortui imago
Noctu hæud occurrit, sicuti garrit anus.
Ast ego ab antiquis primùm gentilibus ortum,
Morem hunc, quem memorat Servius, esse puto.
Nempe putabatur, Stygij per littora nautæ,
Centum errare annos non tumulata cohors,

Ni



*Ni fors Pontificis, solenni more, jacenti
 Terram injecisset funeri honora manus.
 Hinc etiam Ænean orat Palinurus idipsum,
 Ut placidâ possit deis requiete frui.
 Ecquis jam dubitet, Majores postea jactum
 Hunc ex affectu non tenuisse pio,
 Ut testarentur, se functo optare quietem,
 Quam dare si possent hâc ratione, darent?
 Quid jam spargamus TIBI, PRINCEPS inclyte? Terram
 Spargere pulveream non tua tumba sinit.
 Et cur spargamus? Sint improba pectora, que tam
 AUGUSTI dubitent de requiete DUCIS.*

3. AD ILLUSTRISS. DEFUNCTI VIDUAM.

INter Se, & Solis vultum, si recta nigrantem
 Terram interponit linea, Luna nigret.
 Inter TE, SOLEM q; tuum, DUX inclyta, terram
 Penè interponit mors ratione pari;
 Unde tui AUGUSTI AUGUSTO de corpore SOLIS,
 Au præter querulum, nil gemebunda tenes.
 Quinam ergo possis niveo velamine vultum
 Non-velare, nigro sicuti Luna tegit?
 Sed bene habet! Quondam SOLI jungeris in axe
 LUNA tuo, cæli sic moderante DUCE,
 Atq; tuum SOLEM spectabis, juncta per ævum,
 Solem ceu spectat craftina Luna suum,
 Quæ quanquam obvertit nostris nigra tergora terris,
 Quà Soli tamen est obvia, plena nitet.

4. AD

4. AD ILLUSTRISS. DEFUNCTI
GENITRICEM.

Est, PATRIÆ MATER, prorsus lethale, secantur
Quando aliorum hominum vulnere corda levi.
Quippe cor est auræ vitalis fabrica. Quòd si
Læsa est hæc vitæ fabrica, vita perit.
Quinam ergo est, PATRIÆ MATER, tua vita superstes,
Tot fera cum tuleris vulnera corde tuo,
Quæ TIBI fecerunt fata immatura TUORUM?
Nempe sacrum SOPHIÆ nomen & omen habes.
Hæc TIBI deprompsit divina emplastra, subinde,
Præter naturam, cor medicata tuum.
Det DEUS, Ô PATRIÆ MATER, sine vulnere farti
Cordis adhuc superes ulteriore diu.

5. OMEN, DE TRIBUS SOLI-
BUS, ET IRIDE, XII. JAN. ANNI
CURRENTIS, VISIS.

Bis-sexto Jani, tres vidimus æthere Soles,
Unanimo Physici de quibus ore docent,
Effigiem Solis reflecti in nube quietâ,
Planâ, & continuâ, qua speculi instar habet,
Adq; latus Solis posita est. Portendere eosdem
Vim tempestatis plurimam, Aratus ait.
Et sanè dictis sint his sua pondera. Verùm
Majus ego hoc rarum prodigium esse puto:
GERMANI FRATRES CHRISTIANOPATRE fuerunt
Progeniti Patriæ tres: obiere duo.
Hi duo signati sunt per lateralia Solis
Symbola, dimidium visa nitere diem.
Verùm, tanquam intra celos subducta fuissent,
Lumina fugerunt nostra sequente die.

Tertius,

Tertius, in medio qui stabat, manè redibat,
 Et Sol verus adhuc fulget in orbe poli.
 Quis neget, hunc nostri simulacrum PRINCIPIS esse,
 Qui medius FRATRUM restat in orbe soli?
 Fulget hic in toto, ceu Sol nitidissimus, orbe,
 Et, ceu Sol perpes, fulgeat usq; precor;
 Quod fore, inexhaustam DOMINI per gratiam, abunde
 Promittit, prestò qui simul arcus erat.

6. ALIUD DE TEMPERIE.

ELECTORALIS natus cum nuperus esset
 FILIOLUS, sudum perpes, & æstus erant.
 Nunc verò, AUGUSTUS dum clausit lumina morte,
 Tempestatas regnat cum penetrante gelu.
 SAXONICÆ DOMUI sic assimilatur OLYMPUS:
 Cum lætâ ridet, cumq; dolente riget,
 Non secus, ac si animâ rationeq; præditus esset;
 Quod tamen impugnant dogmata vera Sophûm.
 Quinetiam terras obvelat veste nivosa,
 Luctum fœmineus quâ notat ordo suum.
 Ergo, pares qui non capiat sub pectore motus,
 Num Rationalis nomine dignus erit?

7. DE TEMPORE MORTIS ET SEPULTURÆ.

Vix tulerat pueris simulatus munera CHRISTUS,
 Sic puerile creans gaudium in orbe pio;
 Ecce! AVGVSTVM aufert, & funus Morta relinquit,
 Verè CHRISTIANVM quod modo munus erat.

Hinc

Hinc noster meritò hoc geminatur tempore luctus,
Quo Mausoleum contegit ossa Ducis,
Et pariter tristis repetenda est PASSIO CHRISTI,
Quam sacro in coetu Mystra Chorúsque sonant.
Eja! alij vivant sua Bacchanalia porci;
Nostrum nos luctum jam geminare decet,
Vt sacra cum CHRISTO redivivo gaudia toti
SAXONIÆ reddat, quæ velit, axe DEVS.

8. DE MENSE EXEQVIALI.

OFEBRUI mensis, nimis es FEBRUARIUS! Olim
FEBRUA bis-senos persoluere dies,
Dum, face succensâ, circum monumenta piarunt,
Ut tranquilla foret *manibus* inde *quies*.
Jam per bis-senos non tantum FEBRUA Soles,
Sed per te totum persoluisse decet,
AUGUSTUM siquidem condis sub fornice, menses
Qui centum AUGUSTOS vivere dignus erat.
Sed quorsum hæ nugæ? Gentilis more popelli,
FEBRUA cur FEBRUO persoluenda forent?
In *manibus* DOMINI, per CHRISTI illustre *piaculum*,
Parta est AUGUSTI *manibus* alma *quies*.
Hanc gratamur Ei potius, nobisque; precamur
AUGUSTOS menses: FEBRUA sunt malis.

9. ALLUSIO AD DOMINICAM SEXAGESIMÆ, PROXIME PRÆCEDENTEM.

Fortè putet quisquam insipiens, errare JEHOVAM,
Quòd sinit AUGUSTOS fata subire Viros,
Quos

26

Quos tamen AUGUSTIS AUXIT virtutibus, an-
Mortales reliquos. Sed polo aberrat homo. (te
Triticeum semen si germinet, instar avenæ
Vilis, in excultum conjiciatur agrum.

IO. A D M O R T E M.

MORS à MORSU oreris, TRIFIDÆ quia gran-
dia RUTÆ

MORSU avulsisti GERMINA BINABREVI.
Quænam autem? Per quæ nova non est nata

PROPAGO,

Unde, minus vegeti fucci habuisse, patet.
At RELIQUUM, generat qui GERMINA pul-
chra subinde,

MORS linque intactum, ne tibi damna crees.
Hoc vegetum est. Fias EDENTULA MORTA,
priusquam

MORSIBUS hoc GERMINEN, MORS malè-
pasta, feces.

*Humilime affectionis ergò decla-
randa, accommodata, & pu-
blicata à M. Andrea Quel-
maltz, Schol. Freib. Correct.
Poet. Laur. Cas.*

F I N I S.

MC

ULB Halle

3

004 788 826



VDA 17





h. 27, 7

Vc
2461

Lug
AD EX
ILL
SISSI
AC
A
DUCIS
Landgr
Cor
DOMI
Feria 2. 1

m,
TRES
EL
IPIS
NI
I,
MONT.
Aisnia,
ini
TISS.
s. Dresda

PRÆ
D
Nunc

GAM,
cum,
m,

Herm

i, 1616.

Andr. Quellmaltz

